e-codices



EX SESQUITERTIA PROPORTIONE SUBLATIS DUOBUS TONIS TONI DIMIDIUM NON RELINQUI

Iam uero si eos numeros disponam qui de sesquitertia proportione duobus tonus retractus relinquunt. nihil est quod dicere possim. uerum ea proportio quae post duos tonos relinquitur integri loco semitonii censenda est. Quae si ratio recta est. illud quaeritur cur non diatessaron consonantia duobus tonis integro semitonio copulari. Erat igitur superius primus terminus CXII. Adhunc sesquitertia proportione tenebantur CCLVI. Sed ad primum terminum CCXII faciunt tonum. Ad CCXVI. rursus CCXLIII. tonum obtinent locum. Est igitur quod relinquitur extrema diatessaron proportione ea scilicet habitudo quae inter CCXLIII & CCLVI. invenitur. Haec igitur si per integri toni et dimidium dubitari non potest diatessaron ex duobus tonis semitonioque constituere. Quoniam igitur demonstratum est tonum dimidium inter sesquisextadecimam & sesquiduodecimam proportionem locari. ab hac comparatione etiam haec proportio metienda est. Nec enim longius progrediamur. sumo ex CCXLIII octauam decimam partem. ea fit XIIII. Hanc si eidem apposuero fiunt CCLVII. Apparet igitur minorem esse proportione CCLVI. ad CCXLIII. sesquioctaua decima habitudine. Quod si dimidius tonus maior quidem est sesquisextadecima. minor uero sesquiduodecima proportione. sesquioctaua decima est minor. est. sesquiseptima decima habitudine. ducentorum et LVI. ad CCXLIII. comparatio. quae scilicet relinquitur ex diatessaron duobus tonis. minor. est. sesquioctaua decima non est dubium quin haec duorum numerorum proportio semitonio longissime diminuatur sit.

ADVERSUM ARISTOXENUM DEMONSTRATIONES.
DIATESSERON CONSONANTIAM EX DUOBUS TONIS ET SEMITONIO NON CONSTARE INTEGRO. NEC DIAPASON SEX TONIS.

Quodsi ut aristoxenus diatessaron consonantia ex duobus tonis semitonioque conjungitur. duae diatessaron consonantiae necessario. V. tonos efficient. & diapente ac diatessaron iuncto. sicut unum diapason ciunquntur. tra sex tonis continua proportione coequantur. Temperamento autem sex dispositi tonos. quorum minimus erat numerus. CCLXII. CCXLIII. Adhunc ultimus in sexto collocabatur tono numerus. DXXXI. CCCCXLI. quintus uero retinebatur tonus CCCCLXXII. & CCCXCII. dispositus hoc modo.

Licenza: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. 76 – Boetii geometria et musica (http://www.e-codices.ch/it/sbe/0298/76)